

missing. The year-date can be supplied with certainty as the letter thanks Erasmus for the enlarged edition of the *Adagia*, March 1533; see Ep. 2773.]

QVOD tam amanter ac fideliter, Eras. doctissime, me officii mei admonueris, pre te fers (vt Ciceronis verbis vtar) perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem et optatum amorem tuum. Consilio tuo pro viribus parere studebo. Caeterum vehementer  
5 doleo per tantum interuallum quo seiungimur non licere per literas colloqui. Nam ex scriptis illis tuis, summa tum eloquentia tum prudentia refertissimis, praecipuum eruditionis fructum mihi semper pollicebar. Hoc vnum tamen, candidissime mi Erasme, sine te exorem, vt, si crebrius mutuis scriptis colloqui non dabitur,  
10 raritatem illam (si que futura sit) amplitudine saltem stili pensare digneris. Sic enim literis tuis afficior vt eisdem legendis immori iuuet.

De accessione centuriarum Adagiorum, quam praefatione mihi nuncupasti, quam referrem gratiam, non inuenio; ideo quam  
15 possim, ago et habeo maximam. Ac te oro, mi Erasme, vt, quoniam tam sedulo hactenus studiis nostris calcar addidisti, iam non deseras, sed pergas pro ceptis nos admonere, quid sit agendum, si non tam frequenter vt velis, saltem vt per occupationes et alia negocia commode possis. Hoc nihil queas nobis prestare  
20 gratius.

Vale, Westmonasterii, xxvi die Iunii.

Tuus ex animo Carolus Blountus.

### 2831. FROM THOMAS MORE.

De Praeparatione p. 112.

N. p. 1076: Lond. xxvii. 10: LB. App. 466.

Chelsea.

<June 1533.>

[The letter answers two letters, neither extant, one dated 7 Feb. The year-date may be inferred from the reference to Cranmer, who was consecrated Archbishop on 30 March 1533. Quirinus, who bore the letter, presumably carried also Epp. 2824, 2830; it seems likely, therefore, that he left England not earlier than 26 June. He was in Tournay on 9 July; see Ep. 2842. Cochlaeus printed the letter from l. 29 to the end including the epitaph in *Antiqua . . . Epistola Nicolai Pape I*, Leipzig, M. Lottherus, 1536. This is the last letter which has survived of the correspondence between Erasmus and More.]

THOMAS MORVS ERASMO ROTERODAMO S. D.

BINAS abs te literas accepi, alteras Friburgi datas VII. Februarii proximi, alteras hic Quirinus attulit, qui praeter litteras impartiuuit alia, quae in regionibus istis acta digna cognitu sunt; quae quod me scire voluisti, magnas tibi gratias ago.

5 De rebus tuis omnia potes e Quirino cognoscere, qui mihi videtur et probus esse et diligens. Gaudeo tua causa, et, quoniam te amo, etiam mea, praesentem Cantuariae Praesulem non minorem erga te amorem prae se ferre quam praestitit olim Vuaramus, quo non alius vixit tui amantior: qui si visus est in fine ad dandum segnior,  
10 ipsa res indicat impares facultates, non imparem animum, fuisse in causa; nam mortuus est supra quam quisquam credat pauper, nisi quod non defuit vnde dissoluerentur debita: neque ita multum

debut, sed post impensa iusta funeri, non admodum multum superfuit. Dunelmensem haud dubie vehementer exhaurit hoc bellum, aut incursiones potius quae sunt habitae nobis cum Scotis: 15 nam eius ditio Scotis est contermina, tam procul a nobis vt ego tam raro fere ab illo iam audiam quam abs te. Rumor hic erat N. hic fuisse cum Melanchthone vna seruatum per nescio quos diu clanculum, post furtim discessisse: sed is rumor paulatim euanuit, et res reperta est falsissima. Rex videtur aduersus 20 haereticos acrior quam Episcopi ipsi.

Tyndalus haereticus nostras, qui et nusquam et vbique exulat, scripsit huc nuper Melanchthonem esse apud Regem Galliae: semet collocutum cum eo qui illum vidisset exceptum Parisiis comitatu CL. equorum: addebat se timere Tyndalus ne, si Gallia 25 per illum reciperet verbum Dei, confirmaretur in fide Eucharistiae contra Vicleficam sectam. Quam sollicite isti tractant hoc negotium, tanquam illis delegasset Deus instituendum et rudimentis fidei imbuendum orbem! Quod in epistola priore scribis, dubitasse te epistolam meam aedere, quum tamen essent causae quur aeditam 30 cuperes, non est, mi Erasme, quod dubites. Locutulei quidam apud nos spargere coeperant, me, quanquam dissimularem, inuitum tamen esse magistratu abdicatum. At ego quum sepulchrum mihi faciendum curassem, non dubitavi rem, vt erat, Epitaphio testari, vt contra si quis posset redargueret. Hoc illi simul vt descripse- 35 rant, quum velut vanum non possent, vt gloriosulum incessebant. Sed ego hoc malebam quam vt alterum illud persuaderi sinerem: non mea certe causa, cui quid dicant homines, modo probet Deus, non multum pensi habeo: sed quoniam in fidei causa libellos aliquot aduersus quosdam nostros contentiosorum dogmatum pro- 40 pugnatores lingua nostrate scripseram, arbitrabar oportere me integritatem nominis mei defendere: et, ne nescias quam gloriose scripserim, Epitaphium meum accipies: in quo videbis qua conscientiae fiducia nihil illis blandior, quo minus de me praedicent quod libet. Expectaui iam syndici tempus a gesto ac deposito 45 magistratu, nec adhuc quisquam prodiit qui de mea integritate quereretur. Aut tam innocens fui, aut tam cautus saltem, vt aemulis meis necesse sit, si me altero nolint, altero saltem sinant gloriari. Sed de hoc negotio Rex ipse quum alias, tum priuatim saepe, tum bis publice pronunciauit. Nam supra quam meus 50 pudor pati potest vt recenseam, per os Ducis illustrissimi, Ducis, inquam, Norfolchiae, magni thesaurarii Angliae, quum successor meus homo inprimis egregius collocaretur in loco, honorifice iussit de me testatum reddere, quod aegre ad preces meas me dimiserit: nec eo singularis erga me bonitas Regis contenta, reuocari fecit 55 idem denuo multo post in sua praesentia in solenni conuentu magnatum ac populi, per os successoris mei, in ea oratione, quam ex

57. ea om. N.

14. Dunelmensem] Tunstall.

18. N.] Perhaps Grynaeus; who seems to be spoken of again in ll. 64-70; cf. Epp. 2659. 97, 2878. 15-16.

30. epistolam] Ep. 2659.

39. libellos] See Ep. 2659. 108-9n.

51. Ducis] Thomas Howard, earl of Surrey and third duke of Norfolk, lord treasurer.

52. successor] Sir Thomas Audley.

more primam habuit in senatu, quem senatum (vt scis) nos Per-  
leamentum vocamus. Igitur si tibi ita videbitur, nihil est quod  
60 dubites, quo minus edas epistolam. Quod in Epitaphio profiteor  
haereticis me fuisse molestum, hoc ambiciose feci. Nam omnino  
sic illud hominum genus odi vt illis, ni respiscant, tam inuis  
esse velim quam cui maxime, quippe quos indies magis ac magis  
experior tales vt mundo ab illis vehementer metuam. Illi de quo  
65 scribis (obsequar tuo consilio) nihil omnino rescribam, quanquam  
longam epistolam iamdiu paratam habeam; nec ob id contineo,  
quod quicquam pensi habeam quid ille, aut omnes eius complices,  
vel sentiant vel scribant de me, sed quod nolim onerare me neces-  
sitate rescribendi externis, quum cura propiore tangar respon-  
70 dendi domesticis. Tu, mi Erasme, feliciter diu vale, felicissime  
semper.

E rure nostro Chelseico.

TABVLA AFFIXA AD SEPVLCHRVM THOMAE MORI.

THOMAS MORUS vrbe Londinensi, familia non celebri sed honesta  
75 natus, in litteris vtcunqve versatus, quum et causas aliquot annos  
iuuenis egisset in foro, et in vrbe sua pro Shyreuo ius dixisset, ab  
inuictiss. Rege Henrico octauo (cui vni Regum omnium gloria  
prius inaudita contigit, vt fidei defensor, qualem et gladio se et  
calamo vere praestitit, merito vocaretur) adscitus in aulam est,  
80 delectusque in consilium, et creatus eques, proquaestor primum,  
post Cancellarius Lancastriae, tandem Angliae, miro Principis  
fauore factus est. Sed interim in publico regni senatu lectus est  
orator populi: praeterea legatus Regis nonnunquam fuit, alias  
alibi: postremo vero Cameraci, comes et collega iunctus principi  
85 legationis Cuthberto Tunstallo, tum Londinensi mox Dunelmensi  
Episcopo, quo viro vix habet orbis hodie quicquam eruditius,  
prudentius, melius. Ibi inter summos orbis Christiani monarchas  
rursus refecta foedera, redditamque mundo diu desideratam pacem,  
et laetissimus vidit, et legatus interfuit:

90 Quam superi pacem firment faxintque perennem.

In hoc officiorum vel honorum cursu quum ita versaretur vt neque

61. haereticis . . . molestum] In view of what he here says it is notable that in More's monument at Chelsea the word *haereticisque* in ll. 93-4 does not appear, but there is a blank space between *homicidus* and *molestus*. Weever in his *Funerall Monuments*, 1631, giving the inscription 'now hardly to be read', includes *haereticisque*. The word may have been omitted when the monument was restored by Sir John Lawrence in 1644, or in the restoration of 1833.

73. Tabula] The epitaph is inscribed in Chelsea church on the monument which More erected there for himself and his two wives. Whether he himself was buried there

is doubtful, see Bridgett, *Sir Thomas More*, p. 438, R. W. Chambers, *Thomas More*, p. 286. For Erasmus' publication of the epitaph see Ep. 2865. 28n.

75. in litteris] Of his literary writings (the *Utopia* and the *Life of Richard III*) More says nothing either here or in his Epitaph.

80. proquaestor] Under-Treasurer, 1521.

83. orator populi] Speaker of the House of Commons, 1523.

84. Cameraci] The peace of Cambridge, 1529.

90. Quam superi] We have not been able to trace the line, and it is perhaps More's own composition.

Princeps optimus operam eius improbare neque nobilibus esset inuisus nec iniucundus populo, furibus autem, homicidis haereticisque molestus, pater eius tandem Ioannes Morus, eques et in eum iudicum ordinem a Principe cooptatus qui regius consessus vocatur, 95 homo ciuilis, suauis, innocens, mitis, misericors, aequus et integer, annis quidem grauis, sed corpore plusquam pro aetate uiuido, postquam eo productam sibi vitam vidit vt filium videret Angliae Cancellarium, satis in terra iam se moratum ratus, libens emigravit in coelum. At filius defuncto patre, cui quam diu supererat 100 comparatus, et iuuenis vocari consueuerat, et ipse quoque sibi videbatur, amissum iam patrem requires, et aeditos ex se liberos quatuor ac nepotes vndecim respiciens, apud animum suum coepit persenescere. Auxit hunc adfectum animi subsecuta statim velut adpetentis senii signum pectoris valetudo deterior. Itaque mor- 105 talium harum rerum satur, quam rem a puero pene semper optauerat, vt vltimos aliquot vitae suae annos obtineret liberos, quibus huius vitae negotiis paulatim se subducens futurae posset immortalitatem meditari, eam rem tandem (si coeptis annuat Deus) indulgentissimi Principis incomparabili beneficio resignatis honoribus 110 impetrauit: atque hoc sepulchrum sibi, quod mortis eum nunquam cessantis adrepere quotidie commonefaceret, translatis huc prioris vxoris ossibus, extruendum curauit. Quod ne superstes frustra sibi fecerit, neue ingruentem mortem horreat, sed desiderio Christi libens oppetat, mortemque vt sibi non omnino mortem 115 sed ianuam vitae felicioris inueniat, precibus eum piis, lector optime, spirantem precor defunctumque prosequere.

## EPITAPHIUM INIBI FIXVM.

Chara Thomae iacet hic Ioanna vxorcula Mori,  
 Qui tumulum Aliciae hunc destino, quique mihi. 120  
 Vna mihi dedit hoc, coniuncta virentibus annis,  
 Me vocet vt puer et trina puella patrem.  
 Altera priuignis (quae gloria rara nouercae est)  
 Tam pia quam gnatis vix fuit vlla suis.  
 Altera sic mecum vixit, sic altera viuuit, 125  
 Charior incertum est haec sit, an haec fuerit.  
 O simul o iuncti poteramus viuere nos tres  
 Quam bene, si fatum religioque sinant!  
 At societ tumulus, societ nos obsecro coelum,  
 Sic mors, non potuit quod dare vita, dabit. 130  
 Epitaphii finis.

2832<sub>2833</sub> TO AMBROSE PELARGUS.Pelargus, Bellaria f°. H<sup>o</sup> v<sup>o</sup>.

⟨Freiburg.⟩

⟨c. June fin. 1533.⟩

[Epp. 2832-40 clearly belong together; and the order in which they are arranged in the *Bellaria* is no doubt chronological: see Ep. 2666 introd. All nine letters seem to be concerned with the departure of Pelargus from Freiburg, and admit, accordingly, a proximate date. In Ep. 2838 the year-date 1533 is confirmed by what Pelargus says of his residence in Freiburg for